



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXII. [i. e. Cap. XLII.] Exorbitans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

III.

EXITUS acta probat. *l. quidam s. ff. de reb. dubiis. l. cum Syllanianum n. Cod. de his quibus ut indign. l. rem non novam 14. in fin. C. de judic. l. si mater 6. ubi Baldus C. ne de statu defunct. cap. quatuor 12. quest. 3. cap. quod autem. 22. q. 2. Tiraq. de retractu lig. ad fin. tit. n. 23. Surd. decif. 288. n. 8. & consil. 181. n. 24. Wefemb. consil. 314. n. 132.*

CAP. LXII.

Exorbitans.

Exorbitantia sunt restringenda veluti odiosa. *cap. que a jure. de reg. jur. in 6. Alciat. respons. 8. n. 32. lib. 9. Modestini. Pistor. consil. 9. n. 15. vol. 1. Corn. consil. 195. n. 16. vol. 1. consil. 22. n. 4. vol. 3. neque facile admittenda, neque præsumenda, sed fortiter probanda. Bald. in l. si quis non dicam. Cod. de Episc. & Cler. Joh. Andr. in c. 1. extr. de temp. ordin. Corn. consil. 88. n. 4. vol. 1. Propterea constat etiam ea, quæ exorbitantia sunt, & in quibus à jure communi receditur, stricte accipienda esse; nec ulterius immutata censeri; quam quatenus expresse id tantum reperitur. *l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat. Dd. in Authent. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Regner. Sixtin. 1. Conf. Marpurg. 10. n. 33.**

Exordium vid. infra Initium.

CAP. XLIII.

De Expensis vid. rubr.

Impensa, item Sumtus.

Axioma I.

Victus victori in expensas condemnandus est, aliàs iudex de suo istas sarcire cogitur. *l. properandum 13. §. si autem 6. C. de jud.*

Hujus regulæ ampliaciones & limitationes, item expensarum genera vid. apud Gilken. *ad d. l. 13. §. 6. n. 21. C. de jud.*

II.

Quoties de expensarum restitutione agitur, toties semper magis favorat possessori in judicio universali, quam singulari.

Ratio: quia hereditas augmentum & decrementum recipit; non ita res singularis, ex quo tantæ non requiruntur probationes in judicio universali, quam particulari. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 14. th. 19. lit. e.*

Exemplum: sic malæ fidei possessor in judicio universali, si res extat, expensas utiles deducit. *l. 33. §. si. de petit. hered. in judicio verò singulari tantum tollit, quantum re salvâ tollere potest l. 5. C. de R. V.*

III.

Quodcumque in judicio expeditur, illud expediendum sumtibus petentis.

Ratio: quia hic ex tali actu commodum sperat; sui enim defendendi causâ hoc vel illud expediti petit.

Exemplum: tenetur igitur quis ferre expensas in producendis testibus *l. 16. C. de Test. pariter & instrumenta sumtibus petentis sunt edenda, &*

acta, si ad instantiam unius partis in Facultatem Juridicam transmittantur, hujus sumtibus hoc fieri debet.

IV.

Expensæ non debent superare rei valorem; itaque nimis remoti ad vecturam annonæ militaris non tenentur, neque Tutor inventarium conficere, si tantum ferè pro eo expendendum sit, quantum valeant res. Perez. *C. de annon. & Tribut. n. 27.*

Expensæ, quæ in vanos usus fiunt, corrigendæ sunt & ad utiles convertendæ, sicut missilia Consul in refectionem aquæ ductus *l. 2. C. de Consul. Brunnem. C. eod. Col. fin. Platea ad d. l. 2.*

V.

Expendens potest retinere rem pro expensis in eâ factis. Bartol. *in L. 5. C. in quib. caus. pig. tac. contrahi.*

VII.

Expensæ contra alicujus voluntatem factæ repeti nequeunt, licet in ejus utilitatem erogatæ *l. fin. C. de neg. gesti. Fallit (1.) in expensis studiorum, (2.) funerum, (3.) pro liberatione factis. Ant. Corset. in sing. b. verb.*

VIII.

Expensæ studiorum non debentur ex communi hereditate. Wef. *consil. 80. vol. 2. neque expensæ nuptiales. Bart. in L. 3. §. fin. ff. de mun. & bon.*

CAP. XLIV.

Experientia.

EXPERIENTIA omnium rerum est mater & magistra. *§. que omnia. Instit. de fidejuss. §. pen. Instit. de satisdat. cap. quam sit. de elect. lib. 6. Joh. de Imol. consil. 43. in princ. ubi quod experientia dicitur rerum magistra de iis, quæ videmus observari. Alex. consil. 115. Visa scriptura. n. 4. vers. sed posito. lib. 7. Baldus consil. 136. Proponitur. n. 2. lib. 2. ubi quod experientia facit artem, & cognitio veritatis ex experimento sequitur, & n. 3. quod experimenta morborum multas nos medicinas invenire compellunt. Surd. consil. 61. n. 36. & consil. 132. n. 23. Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 648. per totam. Marian. Anton. var. resolut. lib. 2. resolut. 33. n. 10. Lud. Rodolphin. var. quest. lib. 2. quest. 35. num. 24. Robles de Salzedo de repres. lib. 3. cap. 17. num. 19. Cancer. var. part. 2. cap. 1. n. 74. Unde etiam sine experientia longa prudentia nunquam acquiritur, Menoch. 2. arb. quest. cas. 427. num. 1. quare etiam ea temporis præsertim senectuti tribuitur, Arist. 6. Et bicor. hæc ex multarum rerum memoria constat, & in agendis rebus plurimum valet. Siquidem (ut ait Aristoteles lib. 1. Meteor.) experti certius, quod intendunt, consequuntur, quam illi, qui rationem absque experientia tenent, quocirca scriptum est Eccles. cap. 34. Vir*